

340 TH. BARTHOLINI
pars Uncia eadem ratione pondus olei
excederet.

C A P. XXXIV.

*Cornea vasa pro medicamentis. Fritilli cornei
& tela. Cornu in hospitiiis. Amaltheæ
cornu. Cornu Cereale, & unguentarium.
Χρυσόκερος. An Cornu in tabernaculis?*

EXtra mensurandi ordinem excipien-
dis liquoribus destinabatur cornu,
non Medicis solum, sed popinis sacer-
dotibusque. De remediis Stomachicis
præcipit *Galenus* lib. 8. cap. 2. de
Comp. Med. per Loc. in corneo vase
reponenda esse. In cornua quoque bal-
samicum liquorem collectum tradit
Plinius l. 12. c. 15. *Sed tenuis gutta plora-
tu, lanis parva colligitur in cornua.* Ea no-
mine *κόγχης* veniunt *Theophrasto*, & *Pli-
nio* dicuntur alibi *conchæ*, quæ quina
cochlearia implent *mystra* duo, che-
mas totidem cum *femisse*, si *concham*
minorem *fumas*; major enim, teste
Cleopatra inter libros *Galenii*, eandem
servat mensuram quam *Oxybaphon* seu
Ace-